



Sala R

Gab. R

Est.

Tab. 44

N.º 55

R
4
5



OFFICIUM
DE GLORIOSO
 & **divino nomine IESU,**
 approbatum à papa Pau-
 lo tertio: quod celebratur
 quinta decima die Ianua-
 rij, cum eisdem indulgē-
 tijs quæ habentur in cele-
 britate corporis Christi:
 secundum ordinem
 Cisterciensium.



NO. NO. NO.



Veste officio, & assi ho hymno repartido nas matinas & laudes: vi tambem os outros hymnos tras mudados de hūas partes pera outras, de maneyra que achey nāo se deminuir nada no officio approuado por sua S. nem se lhe acrecentou mais que he hymno das segundas vespervas, que he de S. Bernardo. E assi este hymno, como as mudanças dos outros, & concerto de todo officio se pode muyto bē fazer & rezar sem eserupulo algū, no tal dia que he aos. xv. de Ianeyro, & me parece que vay muyto bem concertado, & de maneyra, que segundo'a ordem de Cister. (a' quem he concedido) se pode rezar sem trabalho. Em Coimbra, a quinze de Março. De. M. D. LXVI.

Frey Martinho
de Ledesma.

*Vendo que por falta de officios se deixou
tê agora de fazer este na nossa ordē neste
reyno, mandey emprimir quinhētos, pera
os repartir pellas casas delle. E se ganharē
tantas indulgencias como nos sam concedi
das pollo P. S. celebrando no dia acima
dito.*

Dona Gregoria Anriquez.

Arius à luce abbas Theologus
deuotissimis sororibus ordinis cister-
ciensium salutem & eternam
felicitem in Christo Iesu
domino nostro.

PRAESENS officium dulcissi-
mi nominis Iesu, quod celebra-
tur quinta decima die Ianuarij
vobis est concessum à summo pō-
tifici Paulo tertio cum ijs omni-
bus indulgentijs, quæ a summis
pōtificibus Christi fidelibus in
die festo corporis Christi con-
ceduntur. Hoc tanto lucro diu caruistis quia ipsum
met officium non habebatis: quod cum intelligeret
domina Gregoria anriquez, cupiens tam diuturno
silentio finem afferre, dedit operam vt quingenti libri
prædictum officium continentes suis expensis in lu-
cem ederentur. Intelligitis profecto quanta in dato
beneficio sit laus, cum in accepto tanto futura sit glō-
ria. Non deessent verba quibus hanc tantam libera-
litatem cōmendare possem, nisi plane scirem hoc
quicquid est gloriæ malle ipsam apud Deum reposi-
tum sibi reservari, quam nunc ab hominibus accep-
tum in aures (vt aiunt) cōtinuo euanescere. Viuet ta-
men hæc eius gloria, ac magis in dies magisque
florescet, cum huius diuini nominis solemnis cele-
britas nunc primū ab ipsa initium sumens, mox apud
omnes cum summa eius laude sit permanitura. Habe-
tis igitur deuotissimæ atq; deo charissimæ sorores

diuinum officium approbatum a summo Pontifice, tantis-
que indulgentijs seu diuitijs locupletatum: hæc
preciosa Margarita, hic absconditus thesaurus in-
uentus est a prædicta sorore vestra D. Gregoria, ædi-
ficante super fundamentum apostolorum & prophe-
tarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu: quæ
habemus firmum fundamentum: præter quod aliud
nemo potest ponere. In quo omnis ædificatio con-
structa crescit in templum sanctum domini Iesu Chri-
sti: cuius nomine excepto, nobis aliud sub celo non est
datum in quo oporteat nos saluos fieri: quod sin-
gulariter intelligens diuus & pater vester Bernar-
dus. An (inquit) non toties confortaris quoties Iesu
recordaris? nonne si inuoces nomen vitæ respirabis
confestim ad vitam? An videas mortem qui videtis
vitam? Insipidus est omnis cibus si hoc sale non co-
ditur: si scribas non sapit nisi legeto ibi Iesum, si dis-
petes aut enseras non sapit nisi sonnerit ibi Iesus
qui est mel in ore, melos in aure, iubilus in corde:
quod est hospitium domini nostri Iesu Christi, qui
cum patre, & Spiritu sancto viuit & regnat in secula
seculorum. Amen.

Pau.

Pau.

Pau.

Petr.

Ber.

Gre.

Ber.

In primis vel peris Antiphona: 277



Iesu no
mē glo
riolum
dedit
dñs do

mino meo: p̄pterea
Christus exaltauit
caput. *ps.* Dixit dñs.

51

An. Sanctū & terri
bile nomē dñi Iesu,
quod laudāt angeli,
dæmones expaues
cunt. *ps.* Cōfitebor.

71

An. Exortū est in te
nebris clarissimū no
men Iesu, paratū cor
nostrum sperare in
eo. *ps.* Beatus. *An.* A

18

solis ortu vsq; ad oc
casum laudabile no
mē Iesu, quod sancti
oēs adorant in æter
nū. *ps.* Laudate pue.

35

in Capitulum.

FRatres, Chr̄us
humiliauit se
metipsum tactus o
bediens vsq; ad mor
tem, mortē autem
crucis: propter quod
& De⁹ exaltauit illū
& dedit illi nomen
quod est sup̄ omne
nomē: vt in nomine
Iesu omne genu fle
ctatur, celestiū, terre
striū, & infernorū,
vt omnis lingua cō
fiteatur, quia dñs Ie
sus Christus in gloria
est Dei patris. *et m.*

Dñe Deus virtutū
cōuerte nos, & ostē
de faciē tuā, & salui
erimus. Sonet vox
tua in auribus meis,

A iij vox

Officium in celebritate

vox enim tua dulcis
& facies decora ni-
mis. **V.** Oleum effu-
tum nomē tuū dñe
Iesu: deo adoleſcen-
tule dilexerunt te.

Sonit vox. Hymn^o.

Virtus summa
celestium ful-
get & mundi gloria,
cum triumphalis ti-
tulus Iesu nomē re-
colitur.

Summi tonātis dex-
tera, qua mūdus ex-
tat conditus, morta-
libus increbuit, po-
tenti Iesu nomine.

Et nati sapiētia, qua
cuncta sunt disposi-
ta: notatur dum mi-
rabile Iesu nomē in-
sonuit.

Spiritus almi boni-

tas monstrataq; cle-
mētia, dū reparant
perdita, per Iesu no-
men inclytum.

Spes æternorum vi-
guit, fidesque inuisi-
bilium, dum summi
patris filio Iesus no-
men imponitur.

Succensus amor cor-
dibus, flagrāti desi-
derio suspirat ad cœ-
lestia Iesu dulcis me-
moria.

Supernæ vigor gra-
tiæ perfusus rorat a-
nimā, dum sursum
mens attollitur, & Ie-
su nomen recolitur.

Ad te ergo confugi-
mus, spes vnica mor-
taliū: exaudi præ-
ces supplicū, Iesu, o
Iesu domine.

V. Sit nomē dñi benedictum. *Alfa.* *R.* Ex hoc nunc & vsq; in sæculum. *Alfa.*

Ad magnificat. An.

Magnā beatæ virgini Mariæ humilitatem respiciēs Deus fecit in brachio suo, quia potēs est, & sanctum nomen eius Iesus. *Alfa.* *Collecta.*

Deus qui gloriosum & ineffabile nomen tuum à seculis absconditū nobis in vnigenito filio tuo manifestare dignatus es, quæsumus vt sicut in ipso salutari nomine Iesu nos redemisti, ita & saluare digneris. *Per eundem d. n.*

Ad cōplet. Hymn.

Nomē æterni canim⁹ parētis: gaudeat cœli regio suprema: Ether imensus pelagus, profundū, vastaq; tell⁹.

Spiritus cæci fugiant auerni, omnis assistat chorus angelorum: Alma lux sanctū celebrare nomē, ecce coruscat.

Omniū cantu resonēt ameno: corda iustorum, recolātq; diuum nomen: & vitæ specimen beatæ Iesus ametur.

Sit Deo patri, genitæque proli, flammī sancto: simul & verēdo nomini, laudum decus atq; toto glo-

Officium in celebritate

ria mundo, **R.** Amē.

A. i. Matut. inuitat.

Nomen Iesu glorio-

sum; Venite adore-

mus. Alleluya, **psal.**

Venite ex, **Hymn^o.**

NO cturno pa-

riter tēpore

furgimus, & summi

genitū principis vni-

cum Iesum sollicito

pectore quærimus:

cordis dulce solatiū,

hoc patris tribuat

summa benignitas:

Et nati pietas, hoc

quoque flaminis cle-

mentis bonitas: est

quib^o vnica indiuisa

q; trinitas, **R.** Amē.

In. j. noctur. Añ.

O quam admirabile

est nomen tuū dñe

Iesu in vniuersa ter-

ra, & magnificentia

tua super cœlos. **ps.**

Dñe dñs nŕ. **Añ.** Cā

tabo dño qui bona

tribuit mihi, & psal-

lā nomini dñi altissi-

mi, **ps.** Vsq; quo dñe

obliui. **Añ.** Hi in cur-

ribus & hi in equis,

nos autē in nominae

Iesu Dei nostri in-

uocabimus, **ps.** Exau-

diate dñs. **Añ.** Bea-

tus vir cuius est no-

men Dñi Iesu spes

eius, & non respexit

in vanitates & insa-

nias fallas, **ps.** Expe-

ctās expectaui. **Añ.**

Speciosus forma prę-

filijs hominū tu es:

ppropterea memor ero

nominis tui dñe Ie-

su, **ps.** Eructauit cor.

3

5

8

18

20

Añ. Secundum no-
men tuum Deus: sic
& laus tua in fines
21 terræ. **Ps.** magnus
dominus. **v.** Afferte
domino gloriam &
honorē. **R.** Afferte
domino gloriā no-
mini eius.

**Sermo de myste-
rio nominis Iesu.**

Lectio prima

Cum de sancto
noīe Iesu (& si
ineffabilis sit excellē-
tia) indicta solēnitas
nos sermonē habere
compellat: in primis
opere pretiū fore du-
cimus differere quid
sit nomen: nomen
quidem nihil aliud
esse asserunt sapien-
tes, nisi animi con-

ceptum: qui sit no-
tus per vocem: siue
vocem explicante
conceptum & ver-
bum mentis. vnde
quē ad modū intelle-
ctuale hominis ver-
bum, eo vt extra in-
notescat: & rem con-
ceptam manifestet,
opus est effici nomē:
& articulatum vocē
indui: aliter enim so-
li nota esset res in-
telligēti. Ita pariter
deus: vt verbum & fi-
lium suum, & sacra-
mentum suæ volun-
tatis: secundum be-
neplacitum eius: no-
bis palam faceret,
idem verbum no-
stra humanitate in-
dutū: nomen fecit:

Officium in celebritate.

per quod Paulo attestate; loquutus est nobis pater ipse clementissimus nouissime diebus istis. **R. m.** **Miranda** Dei benignitas, vt sacramentū volūtatis suæ nobis manifestaret Deus, filium, mētis suæ conceptū, carne induit, vt fieret vox. Per quē loquutus est nobis clemētissimus pater nouissime diebus istis. **¶** In hoc apparuit charitas Dei in nobis: quoniam filius suū vnigenitū misit Deus in mundū: vt viuamus per eū. Per quem. **Lectio. ij.**

Propterea duo p̄cipua nomina dicim⁹ Deū habere: alterū quo se ipsum nominat: quod est consubstantialiale eius verbū, hoc etenī in quātū est ab æterno dictum a patre: Conceptus est, quo pater diffinit se: prout vero est verbū caro factum: nomē quippe est: quo pater se nobis in tempore manifestatum dedit. Alterum Dei nomen vocale est vel scriptū: quo Deus ipse à nobis proprio titulo nominatur: quod dicitur hebraicē Iesus: latinè saluator: græcē Iohannes. Quod quidē nomen: licet toti sanctissimæ trinitati

ti competat, quia saluator pater, saluator filius, saluator Spiritus sanctus. non tres saluatores, sed vnus saluator, & vna salus & vita aeterna: attamen hoc nomen Iesus appositissime filio attribuitur: quia tota trinitas per ipsum, tanquam medium & sequestre, humanam redemptionem operata est, sicut enim tota beata trinitas fecit nos, ita etiam & saluauit.

Re. Pro salute nostra toto corde inuocamus Iesum, quod nomen filio attribuitur. Quia tota beata trinitas per ipsum re-

demptionem humanam operata est. *Y.* Gratias agamus domino nostro Iesu Christo. Quia tota beata.

Lectio iij.

ET sic dicitur, quod pater redemit nos per filium: imo quia pater de se & a se habet hoc saluatoris nomen: ideo illud largitus est filio per quem hoc nomen salutare Iesus in vniuersa terra innotuit. Et filius ipse cum notum fecerit vniuerso orbi euangelium aeternum, ideo vere dicitur Iesus & nomen Dei. Quid ergo dicemus de tanto nomine, quod est

Officium in celebritate.

est super omne nomen: & non solū super omne nomē, sed nomē quod est omnia. Profesto obstupescientes ineffabile sacramentum: dicere audebimus: dignū fuisse, quōd summus & æternus pater: qui vnigenitum suum constituit hæredem vniuersorū: donaret ei etiā nomen: quod esset super omne nomē & omnia: hoc etenim nomen Iesus super omne nomen est & omnia. *R.* Creator omnium rerū. Deus & redemptor, proprio a nobis titulo nominatur. Iesus:

Quod nomen salutare, quoniam pater de se & à se habet, largitus est filio: vt saluaret nos. *Y.* Post incarnationis verbi mysterium: Deum omnipotentem in vnitæte personæ homini sociatum, Iesus nomē insonuit. Quod nomen salutare.

LECTIO. iij.

Postquā enim in Christi aduentu hoc nomen hominibus declaratū est: sacramēta omnia & misteria diuinorum nominū, quæ in veteri testamento de deo dicebātur, cessarūt: consummata in hoc noīe Iesu: adue-

nien-

niente enim rei veri sen dixit Exodi sex-
tate cessant figuræ: to. Nomen meum
propterea omne an- Adonai nō indicavi
tiquorū patrum de- eis. *Rm.* Vt diuinam
sideriū hoc erat: sci- admirarem ut sapiē-
re virtutes & perfe- tiam: vnigenito filio
ctiones: & videre ef- suo Deus: quem cō-
fectus nominis Dei stituit heredem vni-
Adonai: quod illis in uersorū, nomē do-
lege & pphetis qua- nauit: quod est sup
tuor literis scribeba- omne nomē & oīa.
tur: nō tamen iuxta *Y.* Chrs ineffabilia
talium elementorū de patre æterno fa-
consonantiam pro- cramenta & myste-
ferebatur: sed tantū ria omnia diuinorū
per hoc nomē Ado- nominū: mūdo no-
nai, quod dominus tificauit: & redemit
interpretatur: ipsum nos. Vnigenito filio.
vero nomen sic scri- *Y.* Gloria patri. Vni-
ptum: & alieno vo- genito *In. ij. noctur.*
cabulo prolatū De^o *Añā.* Dedisti Dñe
nulli in veteri testa- hereditatē timentibus
mento plene reuela- nomē sanctum
uit: vnde ad Moy- tuum: cui psalmum
di-

Officium in celebritate.

dicam in seculū se-
culi. **Psal** Exaudiat
Deus deprecationē
meam. **An.** Expe-
ctabo nomen tuum
domine Iesu, quo-
niam bonum est. **Ps.**
Quid gloriaris. **An.**
Omnis terra adoret
te domine Iesu Chri-
ste: psalmū dicat no-
mini tuo. **Ps.** Iubi-
late Deo omni ter-
ra. **An.** Magnum in
Israel nomen tuum
domine Iesu, terri-
bile apud reges terre.
Ps. Notus in Iudæa.
An. Propter gloriā
nominis tui dñe Iesu
libera nos, & propi-
tius esto peccatis no-
stris propter nomen
tuū. **Ps.** Deus vene-

rūt gentes. **An.** Cōfi-
teantur populi oēs
nomini tuo magno
domine Iesu: quoniā
terribile & sanctum
est. **Ps.** Dominus re-
gnauit, irascatur po-
puli. **V.** Omnis ter-
ra adoret te, & psal-
lat tibi. **Re.** Psalmū
dicat nomini tuo do-
mine. **LECTIO. V.**

P Romiserat au-
tē Deus per pro-
phetas occulti nomi-
nis sui sacramētū &
sonū tēpore Messiaē
mūdo propalare: vñ
de per Ezechielē sic
dixerat: tūc sciet q̄
ego dñs & nomē san-
ctū meū notū faciā
in medio populi mei
Israel, ideirco patri-
archā

archæ omnes & propheta Christi aduentū summo prestolabantur desiderio, vt reuelaretur eis diuinū illud nomē omnibus ignotū. Hinc Esaias, vtinā inquit: dirumpes cælos & descēderes, vt notū fieret nomē tuum, quod tñ haudquāq; illis cōtigit, Sed, sicut ait Apostolus, Mysteriū quod absconditū fuit à seculis & à generationibus: nūc autē sanctis est manifestū, quibus voluit Deus notas facere diuitias sacramēti æterni, quod est Iesus in nobis spes gloriæ. In nouo ergo te-

stamento sonū illius nominis Tetragrāmaton manifestauit deus, quādo Gabriel beatæ virginis dixit: Ecce concipies & paries filiū, & vocabis nomē eius Iesum. & hoc idem in somnis Ioseph. Similiter & nominis significatū propalauit cū subdi dicit Angelus: ipse enim saluum faciet populum suū a peccatis eorū. Sed hoc magis reuelauit nobis Christus per mirificos diuinitatis effectus sub nomine Tetragrāmaton, iuxta characterū significationem figuratos quos in humani generis

Officium in celebritate.

neris redēptione est
operatus: vt sic fieret
notum nomen Dei
in mūdo: & celebra-
tum in vniuersa ter-
ra, & admirabile &
gloriosum in caelo:
ideo ipse dñs dum tē-
pus suę passionis in-
staret, summo patri
dixit: Manifestaui
nomen tuum homi-
nibus: quos dedisti
mihi. *ꝛ.* Mysterium
quod absconditum
fuit a seculis & ge-
nerationibus: nunc
autē sanctis est ma-
nifestū. Quibus vo-
luit Deus notas face-
re diuitias sacramēti
æterni, quod est Ie-
sus in nobis spes glo-
ria. *ꝑ.* Tunc sciant

inquit Deus, quia
ego Dominus: & no-
men sanctum meū
notum faciā in me-
dio populi mei Is-
rael, idest fidelibus.
Quibus voluit De^o.

LECTIO VI.

Hoc autē præ-
uidens in spi-
ritu David in exor-
dio psalmi octaui ita
Christū affatur. Do-
mine dominus no-
ster quā admirabile
est nomen tuum in
vniuersa terra? ò do-
mine Iesu Christe,
qui es dominus no-
ster quātum est ad-
mirabile nomē tuū
in vniuerso orbe ter-
rarum? vbi de eo, quā
futurum erat, vt de
præ-

præfenti loquitur te quod est Iesus. nec
 gius vates, ppter cer mirum certe si tot &
 titudinē prophetiæ, tâta hac ratioe sunt
 quasi diceret, hoc no effecta miracula, no
 men Dei, quatuor mē enim Iesus hac
 literis scriptū quod prærogatiua dona-
 nos Adonai, & in so tur, vt illo auditu fle-
 la Iudeę regione pro ctatur omne genu,
 ferimus, cuius sonū quē tamen genu fle-
 & myſteria & pro- xionis honorem. li-
 prietates ignoram⁹: cet ante Christi pas-
 in tuo aduentu ad- sionem omnis crea-
 mirabile erit vniuer tura Iesu nomini de-
 ſa terra, tunc enim buiſſet impendere,
 ſub voce proprij ſo- non tamen omnes
 ni manifeſtabit⁹ no impēderūt, quia hæc
 men illud æternum ipſi excellentiam nō
 in cuius virtute & ſo nouerūt. At poſtquā
 no ſient prodigia in Ieſus factus eſt obe-
 cœlo ſuſum, & ſig- diens vſq; ad mortē:
 na in terra deorſum, omne genu pro vi-
 quia a ſolis ortu vſq; ctorię triumpho, illi
 ad occaſum inuoca- certiffime flectitur,
 bitur nomen tuum, cœleſtiū, terreſtriū,

Officium in celebritate

& infernorum: sed illi spontanei, isti inuiti. Omnes enim potentiam eius experti sunt, & agnitam reuerentur domini IESV Christi virtutem. **Respons.**

Postquam factus est Iesus obediens usque ad mortem, pro victoria triumpho ac prerogativa donatur, ut illo audito flectatur omne genu. Spontaneo enim cultu nomen Iesu honorant ciuium genua supernorum, inuita fatentur & tremunt genua infernorum. **Versus.**

Pari utrorumq; genua subiectione cur

uantur: Sed dispari mentis affectu. Spontaneo enim.

LECTIO. vii.

Quantū igitur nos deo nro debemus, quibus datum est huius sancti nominis cognoscere sacramentū, scire mysterium, experiri virtutem, gustare dulcedinem, & in ipso credentes filios Dei fieri. Quapropter dilectissimi fratres cū apostolo Paulo, nihil aliud ostēdamus nos scire nisi Iesum, & hunc crucifixum. Si scribis, inquit Bernardus, nō sapit mihi si non legero ibi

Iesum. Si disputes,
 aut conferas, non sa-
 pit mihi, nisi inso-
 nuerit ibi Iesus. Quod
 utique ab ipso etiam
 Apostolo didicit, de
 quo sic dicitur in a-
 ctibus apostolicis. Et
 disputabat in syna-
 goga per omne sab-
 batum interponens
 nomen domini Ie-
 su. *Re.* Nihil aliud
 ostendamus nos sci-
 re nisi Iesum, & huc
 crucifixum. Cuius
 nominis dedit nobis
 Deus cognoscere sa-
 cramentum. *Ysus.*
 Interponamus sem-
 per omni operi no-
 stro nomen Domi-
 ni Iesu. Cuius no-
 minis dedit nobis.

Lectio. viii.

Cum itaque Ie-
 sus factus sit
 nobis omnia: qui di-
 xit, ego sum via ve-
 ritas & vita, nunquam
 à nostræ mentis cogi-
 tatione recedat sua-
 uissimum nomen Ie-
 su, nunquam cesse-
 ab oris sermone, nun-
 quam a dilectione
 cordis; quia solus Ie-
 sus amor amabilis,
 amor desiderabilis,
 amor inquam deli-
 tiosus omni suavitate
 repletus. Demum
 quia non est aliud
 nomen sub cælo da-
 tum hominibus, in
 quo oporteat nos sal-
 uos fieri, dum in hac
 miseriarum valle

Officium in celebritate.

peregrinamur a domino, ad cœlestem patriam aspirantes, Iesum semper in auxilium inuocemus, quia sicut nomē Iesu titulus est nostræ petitionis in gloria dei patris, sic etā ad præmium est peruenientibus ad vitam aternā: ad quā ipse dominus nos perducat per virtutem sui sancti nominis Iesu.

Re. Dum in hac miseriarum valle peregrinamur a dño, ad cœlestem patriā aspirantes, Iesum semper in auxiliū inuocemus, quia sicut nomen Iesu, titulus est nostræ petitionis in

gloria Dei patris, sic etiam ad præmium est perueniētibus ad vitam aternam. **v.**

Nec enim aliud nomen datum est sub cœlo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Quia sicut.

v. Glia patri. Quia sicut. **Ad cañ. Añ.**

Fortitudo mea, & laus mea dominus Iesus Christus quia factus est mihi in salutem. **Cantica quæ dicuntur in festo corporis domini. v.**

Bonum est cōfiteri domino. **Re.** Et psallere nomini tuo altissime. **Teſtis sancti**

Euangelij secundum Lucam.

In illo

IN illo tempore, postquā consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer, vocatū est nomen eius Iesus. Et reliqua. *Homelia.*

Lectio. ix.

ET si breuissima sit hodiernæ festiuitatis euāgelij lectio, secunda tamen & plena cœlestibus sacramentis, magna siquidem atq; admiranda in nominis Iesu impositione occurrunt nobis mysteria, ait enim euāgelista de filio dei domino nostro, vocatum est nomen eius Iesus. Sed quis unquam mortaliū pro-

prij tenore vocabuli, aut congrua forma sermonis diuinā incomprehensibilitatē annotabit? Quis Deum immensam, infinitam in circumscriptione, atq; ineffabilem: dignū appropriato nomine celebrabit? Verutamen inquit Lucas, & vocatum est nomen eius Iesus. Cuius eius? filij. s. Dei. De quo Ioānes: in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.

R. Nomen Iesu, nomen Dei est super omne nomen: quod nō nisi cœlesti oraculo nobis fuit ma-

Officium in celebritate;

nifestatum. *v.* Mō-
nientote quòd mag
nū & excelsum est
nomen domini Ie-
su. Quod non nisi.

Lectio. x.

HŌc ergo ver-
bū, quod est
Deus incomprehen-
sibilis de incompre-
hensibili Deo, lumē
immensum de im-
mensolumine aude-
bit seculum proprio
nomine appellare?
audebit certe, secun-
dum haud quaquā
noīe industria hu-
mana ex cogitato,
sed cœlitus manife-
stato. Nam vt inquit
Origenes, nomē Ie-
su, quod est super
omne nomen, non

decurit primo ab ha-
minibus appellari,
nec ab eis interri in-
mundum, sed ab ex-
cellentiori maioriq;
natura. vnde notan-
ter dicitur: vocatum
est nomē eius Iesus:
vocatū quidē, quod
a deo patre ab æter-
no impositam fue-
rat, & angelico ora-
culo parentibus in
terris manifestatū.

12. Eternū dei verbū
dū se carne induit.
Mirabile misterium
& ineffabile sacra-
mentum in imposi-
tione nominis Iesu,
seculo propalatur.

vers. Filius Dei per-
sona ineffabilis tri-
nitatis factus homo,

octava die dum cir- hoc nomē Iesus no-
 cunciditur, diuino ūæ legis propalari,
 est annotatus oracu vnde nullus vnquā
 lo. Mirabile myste- ante ipsum dominū
 rium, **Lectio.xj.** in sacris literis, iuxta
Q Vis enim au hebraicam veritatē,
 deret æter- hoc nomine, quod
 no verbo nō nisi Messiaē salua-
 nomē imponere, ni tori vero compete-
 si dicens pater inci- re potest nūcupatus
 peret? Propter quod fuisse legitur. **Be.** Di-
 euangelicus prophe uinum & nomē no-
 ta Esaias, dum de ad- uum recepit Dei fi-
 uentu messiaē vatici lius dum vocatum
 naretur, per apostro est nomē eius Iesus.
 phem Christū ipsum Dicente Esaias, &
 allocutus ait, & vo- vocabitur tibi no-
 cabitur tibi nomen men nouum, quod
 nouum, quod os do os domini nomina-
 mini nominabit: nā bit. **V.** Non nisi ab
 quod per nomē Te- ore diuino nomē le-
 tragrammaton vete su primo nominari
 ris legis significaba- potuit. Dicēte Esaias.
 tur, voluit Deus per **Lectio duodecima.**

Officium in celebritate

Cum ergo nomina a proprietatibus rerum rationabiliter imponantur, & nomen debeat esse consonum rei, Deus gloriosus, qui se ipsum comprehendit, sicut ipse solus perfecte seipsum nominat, verbum coequale sibi generando, sic profecto & ipse solus perfecte se nominare potest: per voces ab eo institutas, quæ sunt signa diuini intellectus ad placitum ordinata. Recte igitur pater filio suo hoc diuinissimum nomen Iesus imposuit, ut in ipso sancto nomine natus

ram rei exprimeret. **B.** Solus qui seipsum vere nominare potest, unigenito filio suo amantissimus pater nomen Iesus imposuit, ut in ipso sancto nomine natus ram rei exprimeret. **Y.** Quis enim audeat aeterno verbo nomen imponere nisi dicens pater inciperet? Unigenito filio. **Y.** Gloria patri. Unigenito filio. **Et dicitur.** Te deum laudamus. **Sequentia sancti Euangelii secundum Lucam.** **I**n illo tempore, postquam consummati sunt dies octo ut circumcideret puer:

vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur. Amē.

ŷ. Te decet laus.

Collecta. Deus qui gloriosum.

Ad laudes An. Nomen tuū domine Iesu decet sanctitudo in longitudine dierum. **ps.**

42 Dñs regnavit. **ps. secundus,** Iubilate.

44 **ps. tertius,** Deus deus

9 meus **ps. quartus** Be

74 nedicite. **ps. quintus,** Laudate domi-

66 nū de cælis. **Capit.**

Col. **F** Ratres, omne quodcūq; facitis in verbo aut opere, omnia in nomine domini nostri Ie-

su Christi facite, gratias agentes Deo & patri per ipsum. **ŷ.**

Deo gratias. **Hymn.**

O Ramus venias rex celebrissime, te nostris placidum mentibus iacere. Possimus merito quo sacra carmina sancto dicere nomini.

A dñs hic etiā quæsumus angeli: Qui nostris tenebras metibus arceāt, & dignis doceant promerere cantibus Iesu nomen amabile.

H oc patris tribuat summa bignignitas, & nati pietas, hoc quoq; flaminis clementis bonitas, est

B v qui-

Officium in celebritate.

quibus vnica indi-
uisaque trinitas. **R.**
Amen. **V.** Hic est fi-
lius meus dilectus. In
quo mihi bene com-
placui. **R.** Ipsum au-
dite. **P.** In quo mihi
bene complacui.

Ad benedictus. An.

Nomē Iesu saluta-
re sicut locutus est
dominus per os san-
ctorum, cœlesti ora-
culo filio dei datum
est, vt sine timore de
manu inimicorum
nostrorū liberati ser-
uiamus illi, in sancti-
tate & iustitia. **Alfa.**

Collecta.

Perfice in nobis
quæsumus do-
mine Iesu Ch̄e san-
cti nominis tui effe-

ctum, vt ad deuotū
ipsius inuocationem
ab omnibus semper
animæ & corporis
periculis liberemur.
Qui. Ad primā. An.

Festa dies summi ve-
neratur nomē amo-
ris. Et Iesus nostri vic-
cera cordis habet.

Ad tertiā. Hymnus.

Iesu rex clementis-
sime, da robur, ter-
auxilium, vt dignis
tuo nomini laudes
canamus titulis.

Nomen tibi poten-
tiæ excelsum & ter-
ribile, cui omne ge-
nu flexitur: quod pa-
uet turba dæmonū.

Nomen tibi clemē-
tię, dulce suaue, ama-
bile, quod laudant

om.

omnes angeli: & beatorum spiritus.

Nomē tibi p̄petuæ salutis atq; gl̄iæ, per quod cetus fidelium oportet saluos fieri.

Sit ergo tibi domine decus, honor, imperium, cum patre & sancto spiritu in sempiterna secula.

R. Amē. **An.** Sol calet a primo cum sursum attollicur ortu, sic Iesu nostro corde caleſcat amor.

Capitulum.

Qui vicerit, dicit dominus faciā illū colūnam in tēplo Dei mei, & foras nō egrediet̄ amplius, & scribam super eum no-

men Dei mei, & nomē ciuitatis Dei mei nouę Hieruſalē quę descendit de cœlo a Deo meo, & nomē meum nouum. **R.**

Deo gratias. **V.** Afferte Dño gloriā & honorē. **R.** Afferte Dño gloriā nomini eius. **Collecta.**

Sanctissimū nomen tuum domine Iesu Christe suppliciter inuocantes, benigno fauore prosequere; & corda nostra, ignauit̄e frigiditate torpentia, sacro tui amoris igne succende. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate Spūs sancti Deus.

Ad

Officium in celebritate

Ad sextam. An.

Solares radij sexta
cumulatur in hora,
sic Iesu nobis mul-
tiplicetur amor.

Capitulum.

ET vidi, & ecce
agnus stabat su-
pra montem Sion, &
cum eo centum qua-
draginta milia ha-
bentes nomen eius,
& nomen patris eius
scriptum in frontibus
suis. *R.* Deo gratias.

V. Omnis terra ado-
ret te, & psallat tibi.

R. Psalmum dicat
nomini tuo dñe.

Collecta.

AVge in nobis
quesumus dñe
Iesu Christe quod
de tua inspiratione

coeleste concepimus
desiderium, ut chari-
tatis donum, quod
nos sperare fecisti,
per invocationem no-
minis tui perenni va-
leamus acquisitione
consequi. Qui vivis
& regnas cum Deo
patre. *Ad nona. An.*

Sol feruet media ce-
li regione sereni. Sic
Iesu nobis terueat
vnus amor. *Capit.*

ET vidi supra
mare vitreum
habentes citharas dei
cantantes canticum
agni, & dicentes mag-
na & mirabilia sunt
opera tua domine,
quis non timebit te
& magnificabit no-
men tuum? quia so-
lus

Apo-
ca. 4.

lus

Iustu pi⁹ es. *Be.* Deo
gratias. *v.* Bonū est
cōfiteri domino.

Et psallere nomini
tuo altissime.

Collecta.

Domine Iesu
Ch^{re} fili Dei
vivi, qui nimio cha-
ritatis ardore succē-
sus, vt nos redimeres
carnē suscipere vo-
luisti, & crucis subi-
re tormentum, con-
cede nobis, vt per in-
uocatione nominis
tui, feruore bonæ vo-
lūtatis cōcepto, dig-
nas tibi amoris vices
repēdere valeamus.
Qui viuis & regnas
cū deo patre in vni-
tate Spiritus sancti.

In scdis vesp^{er}is añ.

Iesu nomen æter-
num & principiū
virtutis dei in splen-
doribus sanctorum.

ps. Dixit dominus.

Añ. Iesu nomē sua-
ue, & potēs signa fa-
cere & prodigia in
cēlo & terra. *ps.* Lau-

date nomē domini.

Añ. Iesu nomē ado-
randū, in conspectu
angelorū & sancto-
rum omniū. *ps.* Cō-

fitabor tibi domine
in toto corde meo
quoniā audisti. *Añ.*

Iesu nomen confi-
tēdum, ad quod nos
spectant iusti donec
retribuatur nobis.

ps. Voce mea ad
dominum.

Capitulum.

Be-

Officium in celebritate

Benedictus De-
us & pater Do-
mini nostri I E S V
Christi, qui benedi-
xit nos in omni be-
nedictione spiritali
in cœlestib⁹ in Chri-
sto Iesu. *R. m.* Deo
gratias. *v.* Ego pri-
mogenitum ponam

illum. *R.* Excelsum
præ regib⁹ terre. Po-
nā illum. *Hymnus.*

I E S V S dulcis me-
moria, dans vera
cordis gaudia: sed su-
per mel & omnia,
eius dulcis p̄sentia.

Nil canitur suavius
auditur nil iucundi-
us, nil cogitatur dul-
cius, quā Iesus dei
filius.

I E S V S spes pœ-

nitentibus, solamen
patientibus: suavis
te quærentibus, sed
plus inuenientibus:
Nec lingua potest
dicere, nec litera ex-
primere: expertus
potest credere, quid
sit Iesum diligere.

I E S V S dulcedo-
cordium, fons vitæ
lumen mētium, ex-
cedit omne gaudiū,
& omne desi-deriū.

I E S V M quæram
diluculo, clauso cor-
dis cubiculo: priua-
tim, & in publico,
quæram amore se-
dulo

Sis Iesu nostrū gau-
dium, qui es futurus
præmium: sit nostra
in te gloria, per cun-

ta

Qua semper secula. humiles. Alleluya.

Amen. *Verf.* Con-
fitemini domino, &
inuocate nomē eius.

R. Annunciate in-
tergētes opera eius.

Ad magnificat. An.

Magnificet oīs ani-
ma nomen tuū do-
mine, & cunctorum
in eo spiritus exul-
tet. Quoniam san-
ctum est, & potens
deponere potentes
de sede, & exaltare

Collecta.

AD te domine
Iesu Christe
clamātes exaudi, &
operis nostri salubrē
effectum impende,
vt quæ hodie ad ho-
norem nominis tui
sunt recensita my-
steria: nobis proficiāt
ad salutem. Qui vi-
uis & regnas.

FINIS.



O principio deste officio de-
claro quantas indulgencias al-
canção as senhoras religiosas,
da ordem de sam Bernardo, so-
lenizando o sanctissimo nome
de Iesu, aos xv. dias de Ianey-
ro. Bastaua sômente socorrer a hum scrupulo q̃
se podia ter, acerca do concerto deste officio, &
dos hymnos trocados, & resposos cõcertados
postos em seus lugares. Troquéy & deuidi os
hymnos pera os dar ás completas, & terça, que
os não tinham. Vio tudo isto, & o approuou ho
muy reuerêdo & catholico padre frei Martinho
de Ledesma, doutor na sancta Theologia, lente
já jubilado na de prima, desta vniuersidade de
Coimbra. Onde não sômête, mas antre todos os
feis Christãos as suas obrastê grandissima au-
thoridade: pello que sem rezão se podia ja ter
escrupulo no cõcerto deste officio sancto, pois
vay por elle approuado. Algũas alleluyas que
vão em partes deste officio, não necessarias, se-
gundo a ordem de Cister, não as tirey por não
deminuir, mas com silencio se pode passar por
ellas, não sendo necessario dizelas.

Ayres da Lux.

Soli Deo honor & gloria.

Missa de nomine Iesu.

Introitus.



In nomine Iesu oë genua flectatur, cœlestium, terrestrium, & inferorum, & omnis lingua cõfiteatur, quia dominus Iesus Christ⁹ in gloria est Dei patris. **Ps.** Laudate dominum quoniã bonus est dñs, psallite nomini eius quoniã suauis est. **Gloria.**
Gloria in excelsis deo.

Oratio.

Deus qui gloriosissimũ nomen Iesu Christi unigeniti filij tui domini nostri fecisti fidelibus tuis summe suauitatis effectu amabile, & malignis spiritibus tremendum atq; terribile, cõcede propitijs, vt omnes qui hoc nomen Iesus deuote venerantur in terris, sanctæ cõsolationis dulcedinẽ, in præsentis seculo percipiant, & in futuro gaudium exultationis & interminabilis beatitudinis obtineant in cœlis. Per eundẽ dñm.

C Lectio

Missa.

lectio actuum apostolorum. c. 3.

IN diebus illis Petrus repletus spiritu sancto, dixit: Principes populi & seniores audite: Si nos hodie diiudicamur, in beneficio, hominis infirmi, in quo iste saluus factus est. Notum sit omnibus vobis & omni plebi Israel, quia in nomine domini nostri Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit à mortuis, in hoc iste stat coram vobis sanus. Hic est lapis qui reprobatus est a vobis edificatus:

qui factus est in caput anguli, & non est in aliquo alio salus. Nec enim est aliud nomen sub cælo datum hominibus in quo oporteat nos salvos fieri. *Graduale.*

Constituit dominus deus pater ad dexteram suam Iesum Christum in cælestibus, supra omnem potestatem principatum & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo: sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius.

Ps. Adiuva nos deus salutaris noster, &

pro-

propter gloriam nominis tui Dñe libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuū. Alleluya, alleluya. *✠* Dulce nomē domini nostri Iesu Christi, melos auri: mel in esu, cordis verus iubilus effugatur mundi sibilum. *Euāgeliū secundū Mathē. c. i.*

In illo tēpore angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam cōiugem tuā. Quod enim in ea natū est de spiritu sancto est, pariet autem filium,

& vocabis nomē eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populū suum à peccatis eorum: hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem, ecce virgo concipiet in utero, & pariet filium, & vocabitur nomē eius Emanuel: quod interpretatur nobiscū Deus. Credo in unū Deū. *Offertorium.* In nomine Iesu demonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint nō eis noc-

bit, super agros manus imponent & bene habebunt.

Secreta.

IN veneratiōe dulcissimi filij tui domini nri Iesu Christi tibi deus pater misericordiarū deuotis mētibus hostias imolamus suppliciter deprecantes, vt earum virtute cunctis egētibz præstetur auxiliū, & in eodē nomine delectantes saluātem sui propositi consequantur effectū. Per eundem.

Communio.

Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculū can-

didum, & in calculo nomen nouum scriptū quod nemo scit nisi qui accipit.

Post communionē.

Oratio.

Sacro sancta mysteria quæ sumptimus Domine in honore nominis cōplacētissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi: deuotis præcordiis recolentes: quæsumus: vt incrementa nobis spūalis exultatiōis accitumulent: & effectum nostrum ad hoc saluiferū nobis nomē iugiter imprimendum accēdant: & ad iubilandū Iesu saluatori nostro

de nomine Iesu.

nostro totius mentis dominum nostrum
attentionē promo- Iesum Christum fi-
queant. Per eundem lium tuum.



Sta he a Missa que se ha
de dizer no presente of-
ficio do sanctissimo no-
me de I E S U, cujas ve-
zes tēdo na terra ho san-
cto Padre Bonifacio, cō-
cedeo inuytas indulgencias a quem a dis-
fesse, ou fizesse dizer: como lemos nos mis-
says que a tem. Acrescentouse aqui pera
mais perfeçāo do sancto Officio, & mōr
gosto de quem ho rezar.

Soli Deo immortalī honor & gloria.


Two faint purple circular stamps are visible at the bottom of the page. The one in the foreground is more prominent and shows a central emblem surrounded by text, though the details are difficult to discern due to fading. The second stamp is partially obscured behind it.


CONIMBRICÆ.

Excudebat Ioannes Barrerius Ty-
pographus Regius. Anno Do-
mini millesimo quingente-
simo sexagesimo sexto.

Idus Aprilis.







Sala

R

Gab.

Est.

Tab.

4

N.º

5